





1719, 24

28

31

FACULTATIS JURIDICÆ DECANUS  
**ERNESTUS TENZELL,**

JCTUS,

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECTORALIS,  
JUDICII PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSESSOR,  
ET CIVITATIS CONSUL PRIMARIUS,  
ET RELIQV.

AD LECTIONEM CURSORIAM  
*Super L. Aede, 3. C. de locat. & cond.*

Hacque finita

DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
DE

**EO QVOD JUSTUM EST  
CIRCA PŒNAS FURCARUM**

*Nobili & Clarissimo Jurium Candidato,*

DOMINO

**JOHANNE JACOBO ZEIDELER,**

JENENSI,

*D. V. Octobr. A. M DCC XIX.*

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI  
HABENDAS,

Omnium Ordinum Auditores decenter invitat,  
Et simul,

DE

**CONTRACTUS LOCATIONIS CON-  
DUCTIONIS MUTABILITATE**

Nonnulla Differit.

ERFORDIÆ,

LITTERIS GROSCHIANIS, ACAD. TYPOGR.

FACULTATIS IUDICIS DECANE  
FRANZESINUS IANZILLI

CONSILIARIIUS RECHINUS RECTORAIS

IN QUA PROPOSITIS LIBERTATIBUS RECTORAIS

ET CIVITATIS CONTE RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS

RECTORAIS





Nter Contractus Consensuales, ju-  
re meritoque refertur locatio  
Conductio, quippe quæ cum na-  
turalis sit, omnium Gentium non  
verbis, sed consensu perficitur,  
sicut & emtio venditio, *sec. l. 1.*  
*ff. loc. cond.* Hinc est ut familia-  
ritatem quandam habere videantur emtio & vendi-  
tio, item locatio & conductio, ut in quibusdam quæ-  
ri soleat, utrum sit emtio & venditio, an locatio &  
conductio, *vid. l. 2. pr. & §. f. ff. locat. cond. §. 3. & 4.*  
*J. cod.* Unde factum, quod verbo redimere, (quod  
significat emere, sive reemere, *l. 4. §. 1. ff. de noxal.*  
*act. l. 4. §. 6. ff. de admin. & peric. tut.*) antiquitus  
etiam Jcti fuerint usi in locatione conductione: *vid.*  
*Calepinus in Diction. verbo redemptor. vid. l. 14. C. de locat.*  
*l. 51. §. f. l. 30. §. 3. ff. loc. cond.* In specie ubi de con-  
cessione fundorum publicorum, qui appellatione Rei  
Dominicæ venire videntur in *Tit. C. ne Rei Domini-*  
*cæ, vel Templor. vindic. &c.* agitur, hi contractus sæpè  
confundi videntur *vid. Baldus ad ad l. 2. C. de R. V.*  
Ubi ejusmodi conductorem, emtorem vectigalis vo-  
cat.

cat. Hinc dubium inter veteres Jctos fuit, an in casu, quo quis cum aurifice convenit de annulo faciendoc locatio sit, an verò emtio? & distinguitur in §. 4. J. de locat. cond. an aurifaber ex suo auro faciendum annulum suscipiat, an verò ex auro quod alter dederit? priori casu esse emtionem venditionem, posteriori verò esse locationem conductionem, conf. l. 2. l. 22. §. 1. l. 21. ff. loc. cond. l. 20. §. 6. ff. de contrab. emt. it. l. 34. in pr. ff. de aur. arg. mund. leg. Et licet in conductorem nec possessio transferatur regulariter, nec dominium, sed is tantum in possessione sit, utendi fruendi gratiâ, l. 9. ff. de R. V. l. 10. §. 1. l. 18. pr. ff. de acqv. poss. nec mutare soleat locatio dominium. sec. l. ult. §. f. ff. de contr. emt. l. 39. ff. locat. cond. tamen aliquando secus esse ex d. l. 31. ff. loc. cond. apparet. Unde duo esse rerum locatarum genera Dd. colligunt, unum, quo id agitur ut eadem numero res, quæ locatur, reddatur; Alterum, quo res ejusdem generis redditur. v. *Wisenb. Disp. 37. tb. 12. p. 1.* Aliud dubiũ fuit circa casum, quo prædia in perpetuum fruenda quibusdam traduntur, de quali contractu inter veteres dubitatum fuit, an pro locatione an pro venditione habenda? Postea verò peculiarem hic existere contractum, Emphyteuticarium scilicet, per Imperatores decisum fuit l. 1. C. de Jure Emphyt. §. 2. J. de loc. & cond. A quo jure Emphyteutico tamen diversum est jus perpetuæ Coloniae, de quo peculiari tractatu egit Justus Hahn, quondam Reip. Hildes. Vice - Syndicus. Cujus fundamenta deducunt ex l. f. C. de fund. Patrim. l. 2. 3. 4. C. de præscr. 30. vel 40. ann. quamvis illud variis locis varium sit, vid. *Stryk usum. Pand. Lib. 19. T. 2. §. 43. seqq.* Ex ista autem duorum istorum contractuum af-  
fini-

finitate, & hoc esse videtur, quod illud jus perpetuæ  
Coloniarum ex lapsu temporis induci, plerique Dd doceant  
vid. *Hahn. ad Wesf. Tit. Loc. Cond. n. 8. Bach. ad Tr. Vol.*  
*1. Diss. 19. lb. 4. lit. C. Carpz. p. 2. const. 40. def. 1.* quam  
quæstionem controversam, satis benè explicavit  
*Stryk. d. l.* Nec vero Contractus emtionis venditionis  
& Locationis Conductionis familiaritas, illud efficere  
potuit, ut ejusdem essent hi contractus firmitatis. A  
contractu quippe Emt. Vend. semel perfecto invita al-  
tera parte recedere non licet, nec altera parte contra-  
ctum non servante. Cum e contra in locatione Con-  
ductione per plures causæ occurrant, quæ ex utraque  
parte aditum ad rescissionem contractus parant. Ut  
adeo & hic regula Jctorum: In Contractibus nomina-  
tis penitentia locum non esse, suum perdere sæpius  
officium, videatur. Causarum, quæ locatori, condu-  
ctorem antè finitum conductionis tempus expellere,  
permittunt, quatuor recensentur in *L. Æde, 3 C. de*  
*loc. & cond. (1.)* Si pensionem non solverit. Ubi bi-  
ennii moram, terminis solutioni non definitis, sufficere,  
communiter statuunt, *arg. c. 3. §. f. X. eod. tit.* Arbitrio  
tamen Judicis etiam brevius tempus admitti posse, *arg.*  
*h. l. 3. C. §. l. 10. §. 1. ff. de publ. & vectig.* notat *Dn. Menke*  
*ad Pand. Lib. 19. Tit. 2. §. 15.* Ubi tamen partem solum fu-  
isse solutam, licet etiam maximam, vix sufficiet, sed ita,  
ut si probabilem se excusandi causam habeat condu-  
ctor, illa omninò attendi debeat, *Richt. p. 2. Dec. 84. n. 9.*  
(2) Superveniens locatoris indigentia add. *C. 3. §. f. X.*  
*de locat. cond.* ubi tamen præsupponunt non ante prævi-  
sam necessitatem *Hahn. ad W. tit. Loc. cond. n. 15.* Nec  
ad agros vel alia prædia rustica hæc posse applicari,  
*Hahn.*

*Hahn. d. l. Schilter. Ex. 31. §. 20. in not. lit. a. tradunt. (3.)*  
Superveniens necessitas reficiendi rem locatam. Jun-  
cta, ratione remissionis mercedis, *l. 27. §. l. 30. ff. h. l. (4.)*  
Abusus rei locatæ, naturalis, vel moralis. Cui (5.) ad-  
dere solent : si conductor heredem uon habeat *l. 15. §. f. ff. h. l. imò (6.)* in locatione operarum, injustam con-  
ductoris duritiem arg. § *f. J. de his, qui sui vel al. jur. ac (7.)* rei locatæ translationem in successorem singula-  
rem, v. g. in emtorem, qui non tenetur servare vendi-  
toris locationem *l. 9. C. loc. Cond.* Et si juraverit locator,  
se contractum servaturum, cum illud emtorem non ad-  
stringat. Nec hypotheca in securitatem contractus in re  
locatâ constituta efficit, ut emtor ad servandum contra-  
ctum adstringatur, utpote quæ saltem jus retinendi præ-  
bebit, donec principali obligationi ad præstandum id,  
quod interest satisfactum sit, uti respondisse *Fac. J. Lips.*  
*notat Dominus Menke ad d. Tit. ff. §. 19.* nisi hypothecæ  
accesserit pactum de non alienando, quale pactum cum  
rem ipsam afficiat, dominii translationem omnino im-  
pedire potest. Sicuti autem ex allegatis, locatorem rece-  
dere sæpè à contractu posse, constat, ita nec semper con-  
ductor simpliciter adstrictus erit, quo minus & ipse iusta  
de causâ ante tempus locationis finitum, emigrare pos-  
sit, quando scil. ommissa refectio necessaria *l. 27. §. 2. ff.*  
*loc. cond.* Metus item iustus à latronibus, spectris, aut pe-  
ste, intervenit, *l. 27. §. 1. l. 34. §. 7. ff. ibid.* Plura hac de re  
proponet,

NOBILIS ET CLARISSIMUS  
DOMINUS  
JOH. JACOBUS ZEIDELER,  
Jenensis, 10



In lectione cursoria, ad quam sibi d. l. *Æde 3. C. de locat. & cond.* elegit. De cujus vitæ curriculo more consueto, sequentia communicata, nunc referenda. Editus est Dn. Cand. d. 30. Jul. 1686. Patre Dn. ZACHARIA. GEORGIO ZEIDLERO, Præfecturæ *Gersungensis* Præfecto, decem ab hinc annis p. defuncto. Matre Dn. CATHARINA nata FISCHERIA, Pastoris *Rothensteinensis*, prope *Jenam* Filia. Primaliterarum rudimenta posuit ductore Parente; hinc scholæ *Jenensi* traditus, donec in album Civium Academicorum *Jenensium* anno 1712. Rectore Magnifico Dn. SCHLEVOGTIO receptus, Philosophiæ disciplinas ductu Mag. MUSIGII excoluit. Hinc ad Jurisprudentiam se accingens, à legitimæ scientiæ principiis, Institutionibus Juris Justin. ad ductum Examinis *Hoppii* initium fecit, viam monstrante Prænobili Dn. D. nunc Professore P. *Jenensi*, CASPARO ACHATIO BECKIO, qui ulterius *Struvii* Jurisprudentiam, *Schilkeri* institutiones Juris Canonici, *Strykii* Examen juris feudalis, Dni *Ludovici* doctrinam Pand. ac *Pufendorffii* tract. de officio Civis & hom. solide ipsi explicavit. Historiam præterea universalem Collegio privato tradentis Dni D. & Profess. STRUVII, diligens Auditor fuit. Nec non Collegio Disputatorio super *Struvii* Jurisprudentia interfuit. Laudat insuper Consultiss. Dnorum Antecessorum *Hieron. Brucneri*, *Schæpferi* synopsis Pand. & *Bernhardi Frijii*, *Schnobelii* exercitationes publice explicantium, doctrinam solidissimam. Nunc ad honores Academicos adspirans, nos adiit, atque Facultati nostræ Juridicæ, desiderium suum aperuit. Admissimus transmissis ex utroque Jure Canonico & Civi-

Civili explicandis textibus, Eundem, ad examen con-  
fuetum, rigorosum, & hoc peracto, ad ulteriora  
specimina inauguralia. Proximo igitur die h̄ 5. h.  
Oët. f. D. N. Lectionem Cursoriam ad *d. L. 3. Cod.  
de loc. & cond.* horântem. 8. & hac finita Disputatio-  
nem inauguralem, **DE EO QUOD JUSTUM EST  
CIRCA POENAS FURCARUM**, habebit. Ad  
quos actus solennes Magnificus Dn. Rector, ac reli-  
qui Universitatis Proceres ac Cives, decenter invi-  
tantur. Publicatum sub Sigillo Facultatis Juridicæ d.  
1. Oët. Domin. 17. post Trin. Anno MDCCXIX.



77-α (1+12)


56.

ULB Halle 3  
004 997 492



WDIP







B.I.G.

Farbkarte #13

1719, 24

28  
31

FACULTATIS JURIDICÆ DECANUS  
**RNESTUS TENZELL,**

**LECTUS,**  
CONSILIARIUS REGIMINIS ELECTORALIS,  
JUDICII PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSESSOR,  
ET CIVITATIS CONSUL PRIMARIUS,  
ET RELIQV.

AD LECTIONEM CURSORIAM  
*Super L. Aede, 3. C. de locat. & cond.*  
Hacque finita

DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
DE

**DE QUOD JUSTUM EST  
CIRCA PŒNAS FURCARUM**

*Nobili & Clarissimo Jurium Candidato,*  
DOMINO

**HANNE JACOBO ZEIDELER,**

JENENSI,  
D. V. Octobr. A. M DCC XIX.  
IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI  
HABENDAS,

Omnium Ordinum Auditores decenter invitat,  
Et simul,  
DE

**TRACTUS LOCATIONIS CON-  
DUCTIONIS MUTABILITATE**

Nonnulla Differit.

ERFORDIÆ,  
LITTERIS GROSCHIANIS, ACAD. TYPOGR.

